



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Relatio duorum monachorum monasterij Subeuorum Syrorum de cane, qui
fratre viam ostendit. Capvt CLVII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Quod studiosi quidem sitis eloquentiæ, scio, quod autem non veri sitis Philosophi, affirmo. Quamdiu enim loqui discitis, quasi loqui nescitis. Sit ergo Philosophiæ vestræ opus semper meditari mortem silentioque, & quieti vos assuefacite.

Relatio duorum monachorum monasterij Subeorum Syrorum de cane, qui fratri viam ostendit.

C A P V T C L V I I .

Perreximus ego & Sophista Sophronius in monasterium Calamonis iuxta sanctum Iordanem, ad Abbatem Alexadrū, inuenimus apud eum duos Monachos monasterij Subeorum Syrorū. Narrauerunt autem nobis dicentes: Ante hos decem dies venit quidam peregrinorum susceptor elemosinas erogans, & veniens in Subiba Besorum, dedit benedictionem. Rogauit igitur Abbatem monasterij, dicens: Fac charitatem & mitte in proximum monasterium Syrorum, ut accipiant & ipsi venientes benedictionem, & nuntient monasterio Charēbe ut veniant & ipsi. Tunc Abbas misit fratrem ad Abbatē Subeuorū Syrorum. Profectus itaq; frater dixit ei: Veni vsq; ad monasteriū Besorum, nuntia ve ò & monasterio Charēbe ut veniāt & ipsi. Respondit senex: Frater, ignosce, quia nullum habeo, quem mittam, sed fac perfectam charitatem, & pergens ipse nuntia eis. At autem frater: Nunquam illuc perrexi, nec vni scio. Tunc ait senex catulo suo: Vade cum fratre isto vsq; ad monasterium Charembē, ut nuntiet eis, quod vult. Abijt ergo canis cum fratre, donec statuit illum iuxta monasterij ianuā. Ostenderit autem nobis & canem ipsum, qui ista narrauerūt. Habebant enim illum secum: